



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XI. Cessio ad Ecclesiam à nouo aedificatam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

damus nos obnixè in vestris sacris precibus, vt nobis commendari dignemini in Christo feliciter, sanctissimi patres, vt ad æternam angelorum digni habeamini mansiorem perpetuam.

XI. *CESSIO AD ECCLESIAM  
à nouo edificatam.*

**R**Egnante Domino Iesu Christo in perpetuum, ego ille Episcopus. Omnibus non habetur incognitum, qualiter ego auxiliante Domino, in pago, in villa cuius vocabulum est, ibi basilicam sancti.... atque sancti Stephani, vel in honore cæterorum sanctorum, quorum ibidem reliquæ quiescunt construxi, atque KL. Iunij dedicari curavi, consentientibus etiam cõfratribus, tam canonicis, quàm & monachis, vel cæteris hominibus, qui præsentibus fuerunt, vt villæ quarum voca-



bula sunt, Cadiliaco, Tanculfouilla, Fagido & Barbitione villare, vt ibidem aspicere deberent, ad missas venire, & ad baptismum, vel prædicationem, & vt decimas suas ad memoratam basilicam dare deberent. Propterea pro firmitatis studio hæc consensionem scribere rogauimus, vt temporibus nostris atque successorum nostrorum hæc nostra consensio firma & stabilis valeat permanere: & sciant omnes tam præsentés quam & absentes seu successores nostri, quia dedimus in memoratam illam Cadiliacum duos manfos ad ipsa luminaria prouidenda, vel vnde presbyter, qui ibidem officio fungi videtur, viuere debeat: & addimus ad hoc insuper de terra arabili ..... & de vinea aripennem vnum, & dimidium: vt æuo tempore in eleimosynam nostram, seu successorum nostrorum ita valeat



perdurare. Actum fuit hoc sub die memorato KL. Iunij, in anno VIII. Christo propitio Imperij Domni Karoli serenissimi Augusti, & anno XLIII. regni eius in Frãcia, atq; xxxv. in Italia, Indictione prima in Dei nomine feliciter, Amen. His præsentibus qui adfuerunt.

XII. LITTERÆ COM-  
*mendatitiæ.*

**S**Ancto & Deo amabili Magno-  
ni dono Dei Archiepiscopo ex  
Senonica vrbe. Ego enim in Dei  
nomine Ebroinus dono Dei Archi-  
episcopus ex Biturige vrbe, in Do-  
mino Iesu salutes optamus vobis in  
perpetuum. De cætero notum faci-  
mus sanctitati vestræ, quia iste præ-  
sens presbyter, nomen Dodobertus  
parrochianus noster, in nostra dice-  
cesi natus, & sacras litteras edoctus  
sit, cumque ad ordinem sacrum